

venerat, ad comedenda exta admissso Pinarius, eo quod tardius venisset, posterique eius submoti. Unde hodieque servatur: Nemini Pinariae gentis in eis sacris vesci licet. Eosque alio vocabulo prius appellatos nonnulli volunt, post vero Pinarios dictos ἄπο τοῦ πεινᾶν, quod videlicet ieuni ac per hoc esurientes ab eiusmodi sacrificiis discedant. Isque mos permanxit usque Appium Claudium censorem, ut Potitiis sacra facientibus vescentibusque de eo bove, quem immolaverant, postquam inde nihil reliquissent, Pinarii deinde 10 admitterentur. Verum postea Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit, ut administrationem sacrorum Herculis servos publicos edocerent nec non etiam mulieres admitterent. Quo facto aiunt intra dies triginta omnem familiam Potitorum, quae prior in sacris habebatur, extinctam atque ita sacra penes Pinarios resedisse eosque tam religione quam etiam pietate eductos mysteria eiusmodi fideliter custodisse.

9 Post Faunum Latino, eius filio, in Italia regnante, Aeneas, Ilio Achivis prodiit ab Antenore aliisque 20 principibus, cum prae se deos penates patremque Anchisen humeris gestans nec non et parvulum filium manu trahens noctu excederet, orta luce cognitus ab hostibus, eo quod tanta onustus pietatis sarcina erat, non modo a nullo interpellatus, sed etiam a rege Agamemnone, quo vellet, ire permisso Idam petit; ibique navibus fabricatis cum multis diversi sexus oraculi admonitu Italiam petit, ut docet Alexander Ephesi 25 sius libro primo belli Marsici. At vero Lutatius non modo Antenorem, sed etiam ipsum Aeneam prodi- 30 rem patriae fuisse tradit: cui cum a rege Agamemnone permisum esset ire, quo vellet, et humeris suis, quod potissimum putaret, hoc ferret, nihil illum praeter

□